



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 16. Ejusdem Facultatis censura adversus Philippi Mornæi Calvinistæ
librum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sæc. XVII. Confessionis esse de jure Divino & na-
A.C. 1611. turali, meliusque esse consultum se-
 curitati Principum, si hoc sigillum se-
 verissime custodiatur.

§. XVI.

*Eiusdem Facultatis censura adversus
 Philippi Mornæi Calvinistæ
 librum.*

*Argentré
 coll. Jud.
 pag. 49.
 Abregé
 chron tom. 3.*

Ediderat denuo Philippus Mornæus Plæseus Calvinista nefandum quem-
 dam librum, cui, ut ex hædera fæcinæ
 cognoscerentur, hunc titulum præfixit:
*Mysterium iniquitatis seu Historia Papa-
 tus.* Vix pessimæ hujus mercis notitia
 ad aures Parisinæ Facultatis pervene-
 rat, cum illico Decanus ac Doctores
 habito conventu hunc librum selectis
 Theologis exakte discutiendum trade-
 rent, qui etiam die decima nona Au-
 gusti referebant, hunc fœtum innu-
 meris ac execrandis blasphemias, im-
 pietatibus in Religionem, fidem Ca-
 tholicam, sanctamque Sedem Aposto-
 licam scatere, & variis ac propudiosis
 mendaciorum atque hæreseon pridem
 damnatarum centonibus interpolatum,
 denique præcipuum Mornæi institu-
 tum esse, ut Babyloniam confusio-
 nem in Ecclesiam Catholicam, prima-
 tus sanctæ Sedis Apostolicæ, atque
 „unius

„unius Cathedræ Petri eversione, intro- Sæc. XVII.
 „mittat, omnesque Principes Christia- A. C. 1611.
 „nos, ad bellum Sanctissimo Domino
 „nostro Papæ inferendum, sua turbu-
 „lentissima oratione inflammet.,,

His auditis, atque iterato & ma-
 ture in deliberationem vocatis die vi-
 gesima secunda ejusdem Mensis una-
 omnes censuere, hunc librum tanquam
 „legi divinæ, naturali & Canonicæ, Pa-
 „trum antiquorum doctrinæ, praxi Ec-
 „clesiæ Catholicæ, sacrisque ab omni
 „memoria hominum in Ecclesia usitatis,
 „ac receptis, omnino contrarium, hæ-
 „reticum, furiosissimum, seditionissi-
 „mum, imprudentissimis calumniis at-
 „que mendaciis refertissimum, dam-
 „nandum, execrandum, ac populo
 „Christiano penitus interdicendum. Se-
 „cundo, ut omnes pios Ecclesiæ Ca-
 „tholicæ & Romanæ assertores hujuscœ
 „rei necnon imminentis periculi quam-
 „primum commonefacerent, hoc de-
 „cretum latine & Gallice typis vulgan-
 „dum esse statuerunt, demum univer-
 „sos Ecclesiæ Catholicæ Præsules, ac
 „civiles Magistratus humiliime obsecra-
 „runt, atque obtestati sunt, ut pro sui
 „officii & authoritatis sibi a Deo creditæ
 „ratione, huic teterrimæ pesti generose,
 „ac efficaciter occurrere anniterentur.,,